45.

0095

# Actum in Castro Premysliensi Feria Quinta ante Festum Sancti Francisci Confessoris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono. 2/X 1659

## MM. Lanckoronski et Ossolinski Intercisam Roborant.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal[ibus]
Premysliensibus Magnifici Przeclaus de Brzezie Lanckoronski Pallatini-
des Russiae, Skalen[sis] ab una, et Nicolaus de Tenczyn Ossolinski Knyszynensis
Capitaneus partibus ab altera, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris
Districtibus suis Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus
recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quo
ad actum praesentem attinet se suos Successores ac bona sua generaliter omnia
totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice
ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum suo pro interesse
recognovit, Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteri
utriusque partis secum Successoribus in et super bonis suis generaliter omnibus
summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obli-
gant praesentibus Intercisam certam inter se Recognoscentes ratione
certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum de
nunc et Actis illius hic Premysliae die hodierna in actu contenta con-
fectam et conscriptam manibus Recognoscentium ab utrinque subscri-
ptam et sigillis communitam In omnibus et singulis eiusdem Interci-
sae Conditionibus, punctis clausulis articulis Vadio ligamentisque ne-
xibus generaliter Universis firmiter tenere complere exequi ac inviola-
biliter observare omnibusque et singulis illius contentis tamen toto
quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere

Interesam praefatam ad Inscriptionem praesentem roboratoriam et Inscriptionem praesentem roboratoriam ad praefatam Interesam Vicissim in toto referendo Seque sub Damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Iuramento taxandis per partem parti cum Successoribus Utriusque partis ob non completionem praemissorum omnium et singulorum Interesis praemissis conventorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendi Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Iuramento taxandis modo praemisso ad solvendum succumbit ac realiqua principali ex praemissis non completa complendaque Citata erit memorata pars una praemissa retinens sui cum posteris Ad instantiam partis alterius praemissa tenentis vel eius Successorum Ad quodlibet Iudicium seu officium Regni etiam Termino tacto ex tunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere Damna praetacta luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum quae debebunt et tenebuntur Seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribunt et obligant Eundem terminum primum peremptorium ut et alios omnes exinde consequentes cautos eiusdem terminos semper peremptorios. Vera informitate pro maiori Minorennitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum Servitio militari ad Munimenta ad Exercitorem vel alijs quibusvis dillationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem terminos vel proximos tam Iudicij cuiusvis quam officij etiam Termino tacto terminos Dilationem sibi non tenere Nullasque Mones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia partis singulibus vel singulis Evasionibus suspensionibus [illegible] terrae bello Conventione ac alijs quibusvis iuris remedijs et [illegible] Tentis non [illegible] Regni [illegible] quovis alio modo [illegible] quibus [illegible] Redemptionibus ad praemissa mediante.